

6837 col. mil. rep. dum paludes siccantur ad mil. L NICOLAJ. Hodie est Treponi ante diversorium. — Locum non adscribit CIOV.

D N FLAVIO	
VALERIO CONS	
TANTINO PIO	
FELICI INVICTO	
5 AVG	
DIVI · CONSTAN	
TI · PII · FILIO	
<hr/>	
L	

Descripsimus Detlefsen et ego. Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 37; Nicolaj de' bonificamenti delle terre pontine (1800) p. 101; Hoare class. tour 1, 96.

In fine <sup>L</sup> <sub>III</sub> Hoare; nos numerum III non observavimus, neque habent eum Nicolaj Detlefsenusque.

a Mediis Tarracinam m. p. X ab urbe m. p. LXII

6838 columna alta m. 0.78, diametri m. 0.61; ex notis numeralibus x alta est m. 0.666, VII m. 0.668, I quae sequitur m. 0.682. Inscriptio primaria legitur in vertice columnae, numeri utrimque in lateribus solito inscriptionum miliariarum loco. Quo loco reperta sit, ignoratur; extat Mesae nel cortile del palazzo.

in latere:	in summa parte columnae:	in latere:
VIII	P · CLAUDIO · Ap. f	X
	OVF CO <sub>3</sub>	u. c. 570
	// OI <sub>4</sub> /	

Stevenson a me rogatus recognovit et ectypa misit. A Brizio descripta prodiit Eph. epigraph. 2 p. 209 n. 300.

1 praenomen patris non M est, ut exceptit Brizius, sed A// — 2 lectio certa est praeter quartam litteram sic fere formatam c; videtur fuisse c. — 3 totus incertus est praeter median hastam. Iam appareat inscriptionem consulis esse a. u. c. 570; nam alteri eiusdem nominis a. 505 Sicilia provincia evenit et apud Drepana victus viam in Italia facere non potuit. Contra consules a. 570 Ligures provinciam habuerunt (Liv. 39, 38) et teste Livio neque domi neque militiae memorabile quicquam egerunt. Tribum adscribi viro patricio et summo magistratu ut novum est, ita non habet quod offendat. Nec magis offendit in Oufentina tribu Claudio gentis virum hunc censeri, cum in senatus consulto Adramyteno aetatis Gracchanae nominetur Q. Claudius Ap. f. Pollia (Ephem. epigr. 4 p. 218); nam ut ibi demonstravi, ea aetate tribus pendebat ex possessionibus unius cuiusque civis. Quod si consuli ei praedia fuerunt sita in tribu Oufentina, id est in agro Pomptino, decennovio, cuius in hoc titulo antiquissima memoria superest quodque tum primum stratum esse probabile est, Claudius suae rei non minus quam publicae consuluit.

6839. 6840. 6841 Terracinae SIRM.; in foro MANVT.; ante ecclesiam WINGH.; prope ecclesiam maximam CITT. — Tarracone CRVT. errore.

6839	X
	I M P · CAESAR
	DIVI · NERVAE
	FILIVS · NERVA
5	TRAIANVS · AVG
	GERMANICVS
	DACICVS
	PONTIF · MAX
	TRIB · POT · XIII
10	IMP · VI · COS · V · P · P
	XVIII · SILICE · SVA · PECVNIA
	STRAVIT
	LUI
6840	DDD · NNN · FFF · LLL
	THEODOSIO · ARCADIO
	ET · HONORIO · PPP · FFF
	SEMPER · AAA · GGG
5	BONO · REIP
	NATIS
6841	litteris inversis:
	CONSTANTINO

Primum secundemque titulum referunt Manutius cod. Vat. 5237 f. 199'; Cittadinus cod. Marc. f. 149 duobus exemplis, cod. Vat. 5253 f. 149 (primum solum) et melius f. 408 (inde opinor primum Don. 2, 88 ex schedis Vatic., ex eo Mur. 449, 7; secundum Don. 2, 105 ex schedis Vaticanis, ex eo Mur. 463, 2) et Winghius ms. 1, 71' et cod. Raffaelli f. 72 eodemque exemplo tam cod. Chis. J. VI. 205 p. 64 quam Grut. 1019, 8 e Wouwerii schedis (inde auctores Hispani Finestres 37, 42. 66, 40; Masdeu 5, 383, 371); Sirmondi cod. Paris. 1418, 39; Stephanonius cod. Lugd. f. 181' (solum primum). Fabretti col. Trai. p. 294 a prioribus puto; item Pratilli App. p. 123. Tertium titulum affert unus Cittadinus (Marc. 1. c.).

Variam lectionem adieci Manutii (5237) Cittadinii (Marc. Vat. 408 Winghe Chis.) Sirmondi Stephanonii. — 6839, 1 om. Man. — 2 CAES Citt. — 3 DIV· Citt. (Marc. I). — 9 XIII Citt. (Marc. I Vat.). — 6840, 1 DDD NAIV FF LL Man. — 2 ARGIDIO Man. — 3 HONORIO Man. — FFF Sirm., RRR Chis., KKK Man., om. Citt. Grut. — 4 SEMPER· AAA·GGG Sirm., SEMPER AVGGG Manut. Wingh., | ..... | ...ER AV Chis., om. Citt. (Marc. I Vat.). — 5. 6 sic Sirm., BONO REI PVB NATIS Citt. (Marc. I Vat. Wingh.), BONO·REI·P | NABI Man., PROM·REIPVB·NVTIS (sic) Citt. (Marc. II Chis.).

6842 après la pécherie de Meza et immédiatement avant celle de la Secca on trouve une colonne milliaire très-entière, mais comme elle est renversée sur son écriture et qu'elle a la tête dans l'eau, je ne pus vérifier le nombre; j'estimai que ce devoit être le LII ou le LIII.

Chaupy maison d'Horace 3, 450.